

lum verbalis, non veniet in venditione jus patronatus, nisi inter bona sic distraeta reperiat castrum, aut villa, cui illud sit annexum; quoniam tunc universitatem rei, cui adheret, subsequetur; prout contingit, cum per se castrum, vel villa distrahitur, quod omnes fatentur; de quo videndus est Vivianus supra cap. 4. a num. 16. ubi testatur contra D. Covarr. hic, Rotam decidisse, appellatione omnium bonorum jus patronatus comprehendi: & n. 19. & 20. de venditione agens, idem docet, ac communem esse opinionem ait. Contrariam tamen cum D. Covarr. magis frequenter sequuntur D. D. ut ex praallegatis apparet, quam longissime tenet Merlin. supra n. 4. sed debet juxta praemissam distinctionem inteligi.

21 Quod autem dictum est, vendito universo patrimonio, & jus patronatus in emptorem transire; est limitandum, quando patronus nihil aliud, nisi id jus in bonis habebat; aut si aliquid ultra haberet, sed ita exiguum, ut pretium potius pro iure patronatus, quam pro reliquo patrimonio constitutum censetur; Viv. an. d. cap. 1. num. 11. Cardinal. in d. cap. ex iuris, quaest. 11. Roch. de Curr. de jur. patron. verbo, ipse voluit is a quo, quaest. 2. n. 42. Lambertin. supra, art. 15. Sanch. d. dub. 80. num. 10.

Ad Num. 5.

22 Indefinita oratio ex vi propriae significationis non aequivaleret universali, sed ex interpretatione, secundum subjectam materiam, & proferentis mentem, aliquando pro universali usurpari solet, aliquando non utique; Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 27. Fulgos. in l. juris gentium, §. sed si fraudandi, n. 2. vers. Nota ex hac parte glossa, col. 2. ff. de pact. & in l. si servitus, num. 3. vers. Nota secundum D. D. ff. de servit. urbanor. praedior. Guttier. ubi supra, Tiraquel. in l. boves, §. hoc sermone, num. 5. vers. Hinc prodit, in 7. limitat. ff. de vera signifi. Pacian. d. lib. 1. cap. 35. n. 19. Menoch. d. conf. 173. num. 25. Cyriac. tom. 1. omni vers. 81. num. 4. Cravet. conf. 1290. n. 4. Tusch. lit. S. concl. 80. n. 26. Corne. conf. 160. n. 6. in fine, Mantic. de tacit. convent. lib. 7. tit. 5. n. 12. vers. Neque huic. Et licet frequentissime (ut D. Covarr. in praesenti D. D. doceant, Universalis vicem ex benignitate indefinitam gerere, Pacian. Tusch. & alii ubi proximè; hoc non semper verum est: nam quoties apparet de mente proferentis, quod indefinitam pro universali exprefferit, ad hujusmodi equivalenciam nulla benignitas opus est; cum teneatur verba juxta intentionem dicentis intelligere; quoniam illa non ad impediendam, sed ad significandam voluntatem inventa sunt, quibus sensus semper est praefereendus: Optime Cicero orat. 12. pro Aulo Cecinna, n. 53. ubi: Voluntas, si tacitis verbis in illi possit, vrbis omnino non uteremur sed quia non potest, vrbis repetita sunt, non qua impedirent, sed qua indicarent voluntatem: cap. humano. 11. 22. q. 5. l. 3. §. con. in ff. de admind. leg. l. si quis filium, 3. C. de liber. prater. Carleval. de invid. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. ult. num. 45. Menoch. conf. 803. num. 61. cum aliis, Cyriac. tom. 2. com. ov. r. 283. num. 12. Argel. de acquir. poss. quaest. 8. art. 25. n. 50. Aug. Barbof. de ax. omatib. jur. axiom. 22. num. 1. cum seqq. Mantic. de conjecl. ultim. voluntat. lib. 3. tit. 3. num. 9. Maximè cum indefinita opa sit absque impropritate ad universitatem significandam, si ea sit mens proferentis, licet eam praecise per se non significet.

23 Neque obstat l. si servitus, 22. ff. de servit. urbanor. praedior. cui commune interpretum dictum innititur, in qua specialia ratione humana interpretatio fuit necessaria; ut ex proximè dicendis constabit.

Ibi: Verum adversus hanc opinionem.

24 Secundum quae venit intelligendus Ulpianus in l. 2. ff. de liber. & posthum. & omnia Decii interpretatione, nec non quam D. Covarr. tradit, sapit enim vitium divinationis, dum praesupponit, quod ex textu non colligitur, videlicet, compertum fuisse, quem ex filiis vellet testator exhaereditare; cum alioquin, si voluntas lateret, nulli de rigore juris posset exhaereditatio nocere propter ambiguitatem, quae omnem vitiat dispositionem; l. duo sum Titii. 30. ff. de testam. tut. l. in tempus 62. §. 1. ff. de haered. insti. l. cum ex pluribus 32. ff. de manum. teste Guttier. de juram. confirmat. p. 1.

cap. 64. num. 1 Mantic. sup. lib. 8. tit. 4. num. 120. & de tacit. convent. lib. 12. tit. 12. num. 2. Salgad. in labyrinth. part. 2. cap. 9. num. 6. atque ita vel omnes ceteri debebant exhaereditari, vel nullus, nisi de quo testatorem sensisse apparet; & hoc, secundum rigorem juris.

Relictis, inquam, praedictis interpretationibus: Dicendum est, illo casu, secundum juris regulas filios omnes fore exhaereditatione notandos; quia ubi aequè omnibus sub universali comprehensione convenit indefinita, universaliter est accipienda necessa: id. l. si pluribus 44. ff. de leg. 2. ubi Bartol. Castren. in d. l. si servitus, Petr. Andr. Gammar. in tract. de extenfib. num. 43. Tusch. lit. I. conclus. 86. num. 2. Menoch. ex multis, d. conf. 173. num. 25. Guttier. dist. q. 83. num. 2. D. Covarr. infra h. cap. n. 9. quia non aliter potest interpretari voluntas proferentis, ut sortiarur effectum, quem alioquin impediret ambiguitas; & cum illa proposito indefinita Exhaereditatio filium meum: Omnibus filiis pariter conveniat, cuncti debebant ab haereditate removeri. Sed contrarium obtinuit, suadente benignitate in filiorum favorem, & odium exhaereditationis, quae non est interpretatione adjuvenda, neq. ampliatione fovenda; cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. cap. odia, de reg. jur. in 6. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quaest. 2. n. 1. Roland. conf. 59. n. 52. lib. 2. Ant. Gom. variat. lib. 1. cap. 11. n. 12. Rota apud Fatnac. conf. 105. n. 34. lib. 2. Q. a videtur aptus ad d. l. intellectus, in illis verbis: Benigna interpretatione; de quo Spin. in specul. t. stam. gloss. 20. a n. 16. Gom. in rubric. inst. de actionib.

25 Quibus addendum est, quod in illo textu non solum benignitas, sed etiam juris ratio filios ab exhaereditatione tuebatur; quia filii sub potestate constituti non aliter possunt à paterna successione excludi, nisi nominatim exhaerentur; l. 1. & per totam in ff. de liber. & posthum. §. 1. Inst. de exhaeredit. l. ber. Merlin. lib. 5. tit. 2. q. 1. n. 1. Nominatim autem aliquid fieri dicitur, cum res evidenter demonstratur, l. nominatim. 24. ff. de ma. um. testam. sed cum pater inquit: Exhaeredito filium meum, non ostendit evidenter se, vel le omnes filios exhaereditos facere; sicut quando exprimit: Omnes filij mei exhaereditos sumo; potuit namque de aliquo sentire, cujus nomen oblivione, vel ignorantia praetermissit, putans, non esse necessarium nominare illum, de quo cogitabat, quoniam omnibus notum erat, qui, ex filiis de patre testatore male meitus erat, ut: exhaereditatione dignus esset: Tamen propter vim indefinitae quaestio fuit dubia, in qua plerique benignè pro filiis responderunt, inutilem esse exhaereditationem.

Sic Ulpiano intellecto, facilis inferitur solutio ad d. l. si servitus, nam illa indefinita: Ne luminibus officia ur: non aequaliter congruebat futuris luminibus, ac praesentibus: de his dobitari non poterat, quin stipulatione comprehenderentur, non sic de illis, ad quae, ut incognita consensu non extenditur; Cl. m. n. u. de rescrip. l. tres fratres 36. ubi Gloss. ff. de pact. l. non est se enaur. 12. ff. de t. an fact. Tusch. lit. C. concl. 754. per totam. Aug. Barbof. in collect. ad cap. qui tacet, n. 12. de reg. jur. in 6. Alexand. conf. 25. num. 3. lib. 7. Bartol. in l. de certa. C. de transact. Olasch. dees. 90. num. 16. Cum verò non eadem ratio omnium, quae sub Universalis continetur, indefinita universaliter non accipitur, sed ut particularis restringitur ad id, cui proprius convenit; l. quastam 76. §. illud fortassis ff. de leg. 3. juncta l. haeres 98. §. 1. ff. eod. & l. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. si cui lana 68. ff. de leg. 3. ubi lana legata, tincta non debetur, sufficitque differentia coloris, ut indefinita pro universali non cederet; nam si omnem lanam legasset testator, etiam tincta contineretur, cum utraque verè lana sit, l. pediculis 34. §. Lat. ff. de aur. & arg. leg. sed si ex meis 26. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. atque eo casu aequipollere Indefinitam Universalis, negant Guttier. & Menoch. ubi proximè, D. Covarr. infra vers. Decimo, ab eodem, Tusch. d. conclus. 86. n. 29. 30. Fulgos. conf. 75. in fin. & omnes communiter, unde constat, stipulationem luminum in d. l. si servitus, non potuisse futura lumina comprehendere ex juris rigore; atque idè humanè fuit interpretanda mens contrahentium, ut contrarium

trarium decideret Pomponius, indefinita pro Universalis usu p. ta de quo infra n. 42.

Ex his apparet, nullo modo Consultos in illis textibus inter se dissidere, inspecta orationis indefinitae differentia; nam Ulpianus agit de ea indefinita, quae de jure debebat in Universalis transire, quia omnibus sub ea contentis aequè conveniebat; & ne transiret, benigna interpretatione fuit opus: Pomponius verò de altera diversa, quae juxta juris regulas non poterat pro Universalis cadere, cum non pariter omnibus comprehensis aptaretur; & ut cederet, humanitate uti necesse fuit, perpenfis rationibus; quas refert D. Covarr. infra num. 9. vers. Septimò colligitur, ubi de Pomponii mente iterum nobis erit agendum.

Ad Num. 6.

35 Logici, ad quos haec praecipue spectant, indefinitam, sive affirmativam, sive negativam in materia necessaria pro universalis accipiunt, ut Homo est resibilis, aequipollent illi universalis: Omnis homo est resibilis: leo non est rationalis, aequivaleret: Nullus leo est rationalis. In materia verò contingenti pro particulari cedit, ut Homo currit. Sch. Laticus non stud. i. idem est ac, Aliquis homo currit, al quis scolasticus non stud. vide Arriagam ubi supra.

Ad Num. 7.

36 Indefinita negativa apud Consultos aequivaleret universalis, l. 2. §. penult. ff. de verb. signifi. Pacian. d. cap. 35. n. 17. Tusch. d. conclus. 86. n. 25. Bart. in l. si pluribus, num. 6. vers. Restat. e. ff. de leg. 2. Geminian. in cap. t. cir. a, col. 3. vers. Tertio casu, de elect. in 6. & hoc ex vi propriae significationis, Pacian. pluribus laudatis, num. 19. nam plus operatur Negativa ad negandum, quam Affirmativa ad affirmandum, Menoch. conf. 1007. n. 22. ubi alii Tusch. tom. 5. lit. N. conclus. 36. Marc. Ant. variat. lib. 1. resol. 20. num. 7. Surd. dec. 243. n. 6. Tondut. resol. civil. cap. 18. num. 7. quae cum malignantis naturae sit, quidquid post se invenit, destruit, & oppositum ponit; De bene ubi supra, cap. 19. dubit. 11. num. 2.

Ad Num. 8.

37 Indefinita in lege posita cedit pro universalis, est communis resolutio: Molin. de primogen. d. cap. 2. num. 21. Guttier. supra num. 1. in fine, Menoch. conf. 261. num. 2. Sanch. de marrimon. lib. 3. disp. 44. num. 2. col. 2. ad finem, quod limitat Molin. ibidem, num. 27. quoad personas lege comprehensas; cum cum debeat esse communis, l. 1. l. jur. 8. ff. de legibus, quod in una persona, vel de uno homine indefinite statuit, omnes universaliter comprehendit, Sanch. ubi proximè; nam quoad cetera indefinita, ut ab homine prolata, juxta subjectam materiam, & Legislatoris mentem accipi debet; Bart. n. d. l. si pluribus, um 5. ff. de leg. 2. Dyn. in rubric. de regul. jur. n. 6.

Veri. Quarto, hinc patet.

38 In Statutis etiam indefinita pro universalis usurpatur, secundum magis communem sententiam, Tusch. d. conclus. 86. n. 17. Roland. conf. 61. n. m. 28. lib. 3. Pacian. d. cap. 35. num. 19. l. Menoch. conf. 4. n. 28. & d. d. conf. 261. num. 2. Florian. u. d. l. si servitus, n. 2. n. 3. ve f. An autem, Fulgos. ibidem, Geminian. in cap. t. cir. a, col. 2. ve f. secundo casu de elect. in 6. Quod debet limitari secundum quod de Lege proximè diximus. Sed cum indefinitum verbum collectivum ponitur; ut populus plebs, & similia, indefinita pro universalis in omni dispositione accipitur, Tusch. lit. 1. conc. us. 87. per totam, Decian. conf. 17. num. 21. lib. 1.

Ibi: Et tunc isthaec sententia.

39 Extat apud nos l. 22. tit. 1. p. 7. quia stabilitum est, ut si delinquentis veniam ab adversariis in causa, in qua poena languinis esset imponenda, obtineat auct sententiam, ab ea liberetur; circa quam constitutionem dubitant Nostrates, an sufficiat cum uno eorum, ad quos vindicta spectat, pacem inire, ubi plures sunt haeredes, vel consanguinei offensi in eodem gradu, vel oportere omnes consuetie? & praeter opiniones, quarum in praesenti, D. Covarr. memi-

nit, est alia quae vult sufficere, ut major pars adversariorum consentiat; argumento l. & sum. haedem, §. §. fin. ff. de pact. & l. fin. C. qui bonis ceder. pass. Sed receptus est, omnium consensum desiderari, nam quod omnes similiter tangit, ab omnibus debet approbari; l. fin. C. de auctor. praestand. de quo Greg. Lop. in d. l. 22. g. o. s. 6. Ant. Gom. variat. lib. 3. cap. 3. num. 62. Morl. in empur. jur. tit. 1. q. 14. Cancr. variat. part. 2. cap. 11. num. 69. Plaza in epitom. delict. cap. 46. n. 7. Iul. Clar. receptar. sem. lib. 5. §. fin. quaest. 58. num. 14. Ceval. quaest. 77. In quo est notandum, quod si exteri liberi, & uxores occisi, sufficere cum illa pacisci, ut reus ab ordinaria poena liberetur, nam eadem filiis praefertur; Ceval. num. 6. 7. Flores de Mena variat. lib. 1. quaest. 7. a num. 7. & si concurrant extranei haeredes, & consanguinei defuncti, illos esse praefereudos in remissione delicti, tenent Ant. Gom. num. 64. Ceval. num. 2. cum seqq. Padill. in l. transigere, n. 59. C. de transactionib.

Ad Num. 9.

Sic docent Guttier. d. q. 83. n. 2. Menoch. d. conf. 173. n. 25. Pacian. d. c. 35. n. 18. Mantic. d. n. 12. Gratian. discept. c. 341. n. 6. 7. qui plurimos referunt, & diximus alibi; sed hoc casu quando aequè convenit omnibus sub universalis comprehensione, Indefinita accipitur universaliter non ex humanitate, imò ex necessitate; quod plane probat, l. si ita relictum. 44. ff. de leg. 2. ubi Pomponius quamvis in secundo casu, in quo erat dubium, cum testator dixisset: Quantum unus haeres meus habebit, tantum Stichus dari volo; mentem disponentis interpretatus sit in haereditum favorem; id facere nequivit, quando testator indefinitè loquutus est, quoniam manifesta, ac certa erat voluntas, atque ita necessarid contra haeredes respondit, quos valde oneravit accipiens pro universalis Indefinitam; quo casu nulla humanitatis ratio potest considerari, imò iniquum esset, tantum tribuere uni legatario, quantum omnibus haeredibus, nisi verborum vis ad id compelleret; de quo supra ad n. 5. in principio, num. 2.

Veri. Septimò colligitur.

Quamvis asseruerimus supra, ad n. 5. Pomponium in d. l. si servitus, egisse de aequivalentia indefinitae pro universalis sequenti D. Covarr. & alios, verius videtur, dubium illius textus fuisse, an dispositio, vel obligatio ad futura extendatur, si de eis specialiter non sit conventum; quae dubitatio non absolvitur, accipiendos illam Indefinitam, Ne luminibus officia ur; pro universalis ac si dictum fuisset, Ne omnibus luminibus officia ur; adhuc enim ambigi posset, num. lumina, quae non erant tempore contractus, sub stipulatione continerentur ex defectu consensu, quem admodum sub donatione omnium bonorum, futura non veniunt; Menoch. cum multis conf. 496. num. 113. vers. Respondetur primo: Sic procurator constitutus ad omnia negotia, vel lites non potest agere, aut tractare futuras omnino, de novo ortas; Ceval. plures referens, q. 1. 498. Similiter, qui haereditatem suam donat, non censetur bona futura comprehendere; Bartol. in l. q. asium, §. penult. ff. de legat. 1. Guttier. d. juram. confirmat. part. 1. ca. 11. num. 4. Crot. qui communem dixit in l. stipulatio hoc modo conce. tra. ff. de verb. obligat. Et generaliter consensus non extenditur ad futura, etiam verba universalis adhibentur, nisi jare ita cautum sit; ut in l. fin. C. q. a es pign. oblig. pos. aut ex mente contrahentium colligatur, l. q. i. cum. 9. & ibi Gloss. in §. i. verbo, t. an est. ff. de transact. l. Aurelius, 29. §. 1. ff. de liber. legat. l. si stipulatus fuerim, 76. §. 1. l. si a colono, 89. l. cum stipulatus, 125. ff. de verb. obligat. cap. fin. de re. c. i. p. Marefcot. variat. lib. 2. cap. 139. a num. 8. Melo d. induc. debitor. q. 20. per totam. Huc respexit Pomponius in d. l. si servitus, dum ait humanitate motus, stipulationem non officendi luminibus, futura etiam comprehenderet, adherendo magis menti contrahentium, quam

40 verbis; ut in simili fecit Iustinianus in d. l. fin. C. quae es pign. Quae quidem humanitas valde fuit necessaria, quia de rigore juris aliud erat dicendum; non solum propter praedicta, sed etiam quoniam in re dubia contra stipulatorem est respondendum; l. veteribus, 40. ff. de pact. l. quid. mid. est. in genda, 99. ff. de verb. oblig. ubi l. con. 3. Menoch. conf. 179. num. 2.

num. 19. Unde inferitur, d. l. si servus. nihil conducere ad quaestionem; an Indefinita aequipollat universalis; Neque ullo modo Ulpiano posse refregari in d. l. 2. ff. de lib. & postum. cum circa diversa versentur; quae interpretatio maxime comprobatur ex l. in lege 77. ff. de contrahend. enpt. ubi in venditione fuerunt exceptae lapidicinae, ubi tuncque essent, & tamen Jabolenus decidit, futurae lapidicinae, si postea inveniatur, non comprehendit sub exceptione lapidinarum, etsi per verba universalis fuerint exceptae.

Et ne obijciat quis nobis ejusdem Pomponii verba, ubi: Humanis est, verbo generalissime lumen significari. Ex quibus videtur sentire Consultus sub verbo, omne universalis ex sua natura etiam futura lumina comprehendit Advertendum est, Consultum ex suppositione per verbum, domne lumen, futura significasse; nam cum egisset de praesentibus, ac futuris luminibus, postea usus est verbo universalis, quo declaravit, stipulationem ad omnia praemissa extendi. Videas supra, 31. num. seqq. alium intellectum.

Verf. Octavo, eodem pacto.

45 Ex dictis supra, ad num. 5. pro intellectu hujus l. 2. ff. de lib. & postum. colligitur ejus vera decidendi ratio: quia pater filios, ut oportet, non exhaeredit, scilicet nominatim: Unde etsi falsitas constaret velle omnes filios exhaereditare, vel unum certum ex illis, nihilominus nulli cohaereditatio noceret, quia neque omnes, neque unum signo indubitabili evidenter demonstravit; cum illa Indefinita Exhaereditatio filium in unum, dubia sit, & indifferens, ut pro universalis, vel particulari accipiat; & interpretativa voluntas ad exhaereditationem non sufficit, argument. l. cum quidam ff. de lib. & postum. Spin. d. gloss. 20. c. 19.

Verf. Decimo, ab eodem.

46 Notandum est, quod auro, vel argento legato, non solum rudis materia continetur, sed etiam quicquid ex eo factum in bonis testatoris reperitur, l. cum a rum, 20. ff. de aur. & argent. legat. Menoch. conf. 49. num. 42. & de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 161. num. 28. Tondur. resolut. civ. l. cap. 10. num. 13. verf. Eadem ratione, aique ita Indefinita, lego aurum, aequivallet universalis, lego omne aurum, quamvis differentia sit inter contenta sub universalis, ut inter massam auri, & annulos aureos, quibus Indefinita minus propria videbatur convenire, quam rudi materia; quod est contra ea, quae diximus de natura perpositionis Indefinitae: hoc tamen provenit ex communi usu loquendi, secundum quem appellatione argenti, vel auri, veniunt quae ex eo facta sunt, sicut ipsa rudis materia, & usus loquendi communis verborum proprietati proferendus est, l. Lebo, 7. §. 1. ff. de superfl. legat. l. literarum, 50. §. quid ianem, Causus ff. de leg. 3. Molin. de primogen. l. b. 1. cap. 4. num. 36. Menoch. conf. 266. n. 63. Ceval. tom. 1. quast. 409. Felician. d. de sib. in p. oem. num. 30. in fin. Pareja de instrum. ed. t. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 90. Aug. Barcof. in collect. ad cap. ubi cumque, num. 5. in fine, de pen. in 6. Adverte tamen pecuniam argenteam, vel auream, auro vel argento legato, non debet; Menoch. & Tondur. ubi supra Illius loquendi styli reddidit rectionem Consultus in d. l. quast. m. §. illud fortassis.

Ad Num. 10.

48 Indefinita affirmativa in testium depositione pro universalis non habetur quod sicus est in Negativa: Cyriac. tom. 3. contr. 407. n. 65. Surd. dec. 263. n. 10. Pacian. d. c. 35. n. 20. oim. si 99. Menoch. conf. 733. n. 16. Tusch. d. concl. 86. n. 31. Mascard. de probat. concl. 205. n. m. 19. Ancharr. in rub. ic. de reg. jur. in 6. Marfil. singul. 171. Crot. in tract. de test. b. part. 7. n. m. 99. verf. Duodecimo plenè, Natta conf. 164. num. 25. 20. m. 1. Quod fallit, si testis deponat Indefinitè super articulo continente universalitatem, tunc et in Indefinita pro universalis habetur; Tusch. ubi proxime, n. 35. Mascard. num. 29.

Verf. Decimo, ex his.

Non est omnino superflua distinctio Bartoli nam quoties considerata mente proferentis, & materia subiecta, adhuc dubium sit, an Indefinita pro universalis sit accipienda 4) vel non? recurrendum erit ad odium, aut favorem rei, de qua agitur, atque ita Bartolum sequuntur Menoch. d. conf. 173. num. 27. & alij, quos ipse refert Tusch. d. concl. 86. num. 28. Pacian. d. cap. 34. num. 20. in addit. N. lat. in l. 2. num. 18. ff. de lib. & postum.

Verf. Decimo, hinc colligitur.

Hoc nedum est ita in Affirmativa, sed etiam in Negativa, quae ex vi propriae significationis aequivallet universalis, ut diximus: nam si ex aequivalentia resurget absensus intellectus, Indefinita nunquam sapit naturam universalis, Pacian. d. cap. 35. num. 35.

Verf. Eccimoquinto, aperiunt.

De intellectu cap. quia circa, 22. de privileg. latè Barbo. 51 in collect. ad illud, ubi plures refert, & nos infra, cap. 17. n. 143. Quæstio autem non est de aequivalentia Indefinitae pro universalis; sed an temissio Decimarum extendatur ad futuras, quae deberentur ex prædiis de novo Monasterio quaesitis? quæ quaestiones inter se differunt, ut constat ex dictis supra, n. 42. cum seqq. Neque enim ex eo quod Indefinita pro universalis accipiat, necessario sequitur, futura, & incognita comprehendere; quandoquidem neque ipsa universalis sua natura talia complectitur, ad ibidem fufe probavimus.



AD CAPUT XIV.

De conditione, aut modo donati onis adjecta in favorem Tertii.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio perfecta dicitur sum ad libitum ad donatoris nequ' revocari.
- 2 Ad perfectionem donationis inter vivos acceptatio desideratur.
- 3 Post acceptatam donationem modus, aut conditio ei alicui non potest.
- 4 Fallit, si in continenti adjiciatur.
- 5 In conjunctis ordo non attenditur.
- 6 Qui de interretatione. l. quoties 3. C. de donat. q. sub mod. scripsere.
- 7 An in obligationibus, quae re contrahuntur, alteri per alterum actio jure civili quaeratur?
- 8 Lex juris antiqui correctoria non extenditur ultra casum in ea expressum.
- 9 Hodie jure Regio alteri per alterum actio dari non prohibetur.
- 10 Secundus donatarius in casu d. l. quoties, dominium, aut possessionem sine traditione non quaerit.
- 11 Quid de jure Partiarum? refertur Affirmativa.
- 12 Negativa qui sustinet.
- 13 Explicatur. l. 1. C. de donat. quae sub modo.
- 14 L. 7. tit. 4. p. 5. non est correctoria juri communis.
- 15 Donatio Ecclesiae, modo a j. Et, si non impleatur, agitur ad implementum, nisi expressum sit, ut, modo non servato, revocetur.
- 16 Donatio prædicta non revocatur ob omissionem. Prælati solius, qui modum non implet.
- 17 Modo non impleto, qui fuit causa specialis donandi, donatio revocatur; non si impulsiva, quia solum agitur ad implementum.
- 18 Modus appositus in donatione facta Ecclesiae, ipsius favore causa impulsiva censetur.
- 19 Ad revocandam donationem ex l. 1. C. de donat. q. sub mod. dominum probare oportet.

20 Mora,

- 20 Mora, qua requiritur ad revocationem donationis ob modum non impletum, purgari potest.
- 21 Ad revocandam donationem ex d. l. 1. mora non est opus.
- 22 Virum in specie d. l. quoties, liceat revocare pactum in favorem Tertii post acceptationem principalis donatarii? tradit sententia negativa.
- 23 Refertur affirmativa.
- 24 Hac approbatur, & enucleatur.
- 25 In casu d. l. quoties, in l. m. ius quaeritur secundo donatario ane ipsius acceptationem.
- 26 Explicatur l. 1. ff. qui sine manu. ad libert. pervener.
- 27 Hæres non potest pactum in favorem liberatis per defunctum adjectum revocare.
- 28 Explicatur l. h. cum fundam. ff. de pact.
- 29 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 30 Donatio inter vivos ante acceptationem liberè potest pro libito revocari.
- 31 Donator potest revocare pactum adjectum in favorem proprii hæredis donati.
- 32 An valeat donatarius modum implere post illum revocatum a donatore?
- 33 In re sua quilibet est moderator, & arbiter.
- 34 Pactum adjectum donationi in vitio ante Tertii, postquam ipse acceptavit, revocari nullo modo potest.
- 35 Donatio facta infanti, vel ei, qui in venire est, sine acceptatione statim irrevocabilis est.
- 36 Ubi juramentum non revocandi intervenit, an pactum in favorem Tertii post acceptationem revocari?
- 37 Ex d. l. quoties, alio utilis lazararis non competit secundo; antequam acceptet.
- 38 Ex donatione non acceptata obligatio civilis, aut naturalis non acquiritur.
- 39 Obligatio parit actionem, & hac sine illa nasci non potest.
- 40 An per acceptationem Notarii nomine absentis, maneat irrevocabilis donatio?
- 41 Ex consensu Partium claudicare contractus jure potest.
- 42 Utrum ex acceptatione Notarii acquiritur absentis utilis actio?
- 43 Et si caveatur Statuto, ut alteri per alterum actio quaeratur ad exigendum sine cessione ratiobitio debet præcedere absentis.
- 44 An ex parte l. 2. tit. 16 lib. 5. Recopilat. possit donatio ante acceptationem revocari?
- 45 Defenditur D. Covarruvias, ne sibi contrarius videatur.
- 46 Ex stipulatione pro absente ante ratiobitionem nulla nascitur obligatio.
- 47 Quae persona possint jure communi pro aliis stipulari? remissivè.
- 48 Jure Regio licet stipulati alteri permissum sit, donatio ante acceptationem potest revocari.
- 49 Actio sine cessione quando alteri per alterum quaeritur? remissivè.
- 50 Notario pro absente stipulatio actio sine cessione quaeritur.
- 51 An post adventum diei, quo pactum in favorem Tertii e ad exequendum, possit revocari, ubi nondum acceptatum est.
- 52 In casu d. l. quoties, pactum in favorem Ecclesiae potest ante eisdem acceptationem revocari.
- 53 Alteri per alterum iure communi licet stipulari favore Causa pia.
- 54 Donatio ad pias Causas potest ante acceptationem revocari.
- 55 Promissio facta Deo de eroganda aiqua Causa pia est irrevocabilis sine acceptatione.
- 56 D. Covarruvias ad Hermasita oblatione defenditur.
- 57 Nihil interest quoad juri effectu inter donationem principaliter factam, & eam, quae secundario fit, ut in casu d. l. quoties.
- 58 Donatio datus causa facta, re integra, ante acceptationem potest revocari.
- 59 Explicatur l. si ego 10. §. si res, ff. de iur. dot.
- 60 Quod ipsi contrahentibus obstat, & eorum successoribus debet obflare.
- 61 Dominum cum sua causa transit in successorem.
- 62 Hæres in utilitatem, & incommudum defuncto succedit.

- 63 Nemo plus juris ad alium transfert, quam ipse habet.
- 64 Hæres in omne jus defuncti succedit.
- 65 Mandatum re integræ morte ejus, qui mandavit, expirat.
- 66 Revocatio mandati ad pias Causas hæredi mandatis non est permessa.
- 67 Hæres donationem a defuncto factam ante acceptationem revocare non valet.
- 68 Donatum aotis causa, matrimonio non sequuto, conditione reperitur.
- 69 In contrahentibus innominatis etiam favore pia Causa celebratis jure communi locus est penitentiæ.
- 70 Jure Regio in contrahentibus innominatis penitere non licet.
- 71 Quia jure Canonico remissivè.
- 72 Non permittitur hæredi donatoris revocare pactum favore Tertii adjectum, nondum acceptatum.
- 73 Poena conventionalis adjecta in favorem Ecclesiae, vel scilicet semel commissæ, an possit per contrahentem remitti, antequam acceptetur conventio? remissivè.

Ad ea quibus in presenti agendum est, sunt videnda, Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. Hermosill. in l. 7. gloss. 4. tit. 4. part. 5. Ant. Gom. in l. 40. T. ur. a. n. 26. Pat. Sanch. conf. mora. lib. 1. cap. 6. dub. 1. Roderic. Snar. in l. quoniam in prioribus, q. 8. prin. ip. C. de inoffic. testam. Cancerc. variar. p. 1. cap. 8. de donat. a. n. 52. Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. donat. o. 9. 3. Pat. Molin. de just. & jur. tom. 2. disput. 265. Gratian. dispensat. forens. tom. 2. c. 332. Peregrin. de fideicommiss. art. 50. 51. Menoch. conf. 1153.

Ad Num. 1.

Perfecta donatio, tunc intelligitur, cum revocationi ad libitum donatoris subiecta non est; l. non videtur 32. ff. de donat. caus. mort. §. alia, ubi Pichard. Inst. de donation. Hermosill. in l. 4. gloss. 1. num. 1. 2. tit. 4. p. 5. Hinc est, ut ad perfectionem donationis inter vivos acceptatio donatarii regulariter desideretur, Hermosill. cum multis supra n. 18. Cyriac. tom. 2. contravers. 315. n. 25. Iul. Clar. d. §. donatio. q. 12. num. 3. Valasc. conf. 55. nu. 2. quoniam ante illam liberè potest revocari; Molin. de primogen. l. b. 4. cap. 2. n. 73. cum seqq. Hermosill. ad num. 26. ubi plurimi, Olan. in Concordant. antinom. in D. num. 43. cum seqq. & lit. P. num. 36. De qua perfectione intelligendus est Imperator. in l. perfecta. 4. C. de donat. qua sub mod. ut sibi docet Glossa, nam post acceptatam donationem, nulla conditio, aut modus ei adjici poterit, invito donatario; Fontanel. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 5. n. 4. Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 4. num. 11. Intrigliol. sing. 87. num. 5. 6. Hermosill. in l. 8. gloss. 1. num. 1. d. titul. 4. Meno h. conf. 496. num. 104. Olea de ce. jur. tit. 1. q. 6. n. 15. Tondur. Canoniar. quastion. 83. num. 8. Mol. de primogen. lib. 1. c. 8. num. 37. verf. Si autem. Franch. de isf. 213. num. 5. Decian. conf. 1. ex n. 18. Lambertin. de jur. patron. part. 1. lib. 1. q. 9. Castill. latissime quotidian. lib. 3. c. p. 10. num. 12. & num. 3. ampliatur in Principe donatore, maxime si jus plenè fuerit quaesitum donatario: Sicut enim non licet donationem in totum revocare, ita nec gravamen imponere, per quod jus donatorio quaesitum minuat, argum. l. quis de tota 75. ff. de rei vindic. In continenti tamen, id est, antequam ab acta donandi discedatur, bene poterit conditi, aut modus apponi, etsi præcesserit acceptatio; Hermosill. ubi proxime num. 1. Decian. num. 29. Petal. in l. 3. §. qui fide commissæ, num. 68. ff. de hered. insti. Fontanel. n. 5. Sed contrarium defendunt, Castill. num. 50. cum seqq. Sarmient. de redditiis. Ecclesiast. part. 1. cap. 4. num. 10. Ripa respons. 63. num. 6. 8. Quae sententiae possunt, juxta quae diximus, conciliari; nam ordo in conjunctis non attenditur, l. 2. §. sed si quis ff. de vulgar. Quod etiam obtinet in donatione, quæ a traditione incipit; siquidem in ipso actu tradendi rem donatam, gravari donatarius poterit, deinde non ita, cum jam sit perfecta donatio; Hermosill. d. l. 4. gloss. 1. n. 2.

Ad num. 2.

De interpretatione l. quoties 3. C. de donat. quae sub mod. videndi sunt Hermosill. in l. 7. d. tit. 4. gloss. 4. Ant. Gom.